

mentur. Ope & consilio eius quoque furtum admittitur, qui scilicet fortè fenestris supponit: aut ipsas fenestras vel ostium effringit, ut alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut scilicet, ut fenestris supponerentur, commodaverit, sciens cuius rei gratiã e commodaverit. Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, atq; hortatus est ad furtum faciendum *f*, non tenetur furti.

etiam is qui consilium tantum dedit, nec opem aliquam tulit, furti obligabitur. d. l. 53. §. 1. de V.S. & d. l. 6. ff. de cond. furt.

§. 12. Hi, qui in parentum vel dominorum potestate sunt, si rem eis subripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtivam causam cadit (nec ob id ab ullo usucapi potest, antequam in domini potestatem revertatur) sed furti actio non nascitur: quia nec ex aliã ullã causã potest inter eos actio

lio fecit) *Et. in furti. so. §. 1. ubi Gothofr. d. t. de furt.*

c) pòst tamen per alium ista occasione factum.

d) prætoria; in qua damnum datum, arbitrio iudicis æstimabitur. Quod si, cum tale quid factum esset, pecus non surreptum, sed præcipitatum fuerit, aut aliã lesum vel interfectum: utilis actio legis Aquilia dabitur. §. ult. infr. de lego Aquil.

e) qui enim opem fert sine consilio, seu ignarus est consilij & intentionis, non obligabitur furti. d. l. 53. §. 1. de V.S.

f) quod scilicet in terminis faciendi subsistit, nec tunc ab alio, cui consilium datum est, in effectum est deductum. Ceterum, quamprimum furtum secutum fuerit

a) nisi, qui in potestate parentum sunt, habeant castrensium vel quasi castrense peculium: tunc omnia ultra

T

nasci.